

sibi de praelato nostri ordinis aut strictioris ordinis provideat nobisque de eodem praelato sibi proviso reddat certiores. Contrarium si fecerit et nos minime certificaverit, contra ipsum ut iuris est in valvis nostrae ecclesiae procedemus. — Datum Mißnae quarta feria post dom. Quasimodogeniti anno domini XCIII<sup>o</sup>.

Nach dem Chartul. mon. s. Afrae II. fol. 157.

No. 310. 1493. 12. Juni u. 8. Aug.

*Zwölf Cardinäle* Oliverus Sabinensis, Johannes Michael Portuensis, Georgiſ Albanensis, Jeronimus Penestrinus episcopi, Johannes Jacobus tituli s. Stephani in Coeliomonte, Johannes tituli s. Vitalis, Paulus tit. s. Sixti, Laurentius tit. s. Caeciliae presbyteri, Raphael s. Georgii ad Velum aureum, Baptista s. Mariae novae, Franciscus s. Eustachii, Johannes s. Mariae in Domnica diaconi *ertheilen auf Ansuchen des Probsts Andreas Dettelbach* — videlicet quilibet nostrum — omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii s. Afrae Misnensis in dominicae Palmarum, Paschae, resurrectionis domini nostri Jhesu Christi, sancti Michaelis archangeli ac sanctae Katherinae virginis et martyris ipsiusque ecclesiae dedicationis festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusive devote visitaverint annuatim et — manus porrexerint adiutrices pauperesque et proprium non habentes Christi fideles orationes in ipsa ecclesia pro animabus fidelium ad deum devote effuderint et alia pietatis opera commiserint, pro singulis festivitatum diebus praedictis quotiens id fecerint *hundert Tage Ablass von den ihnen auferlegten Bussen für ewige Zeiten*. Datum Romae in domibus nostris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio die vero duodecima mensis Junii 2c.

Et nos Johannes dei et apost. sedis gratia episcopus Misnensis praefatorum in Christo patrum indulgentias ratas et gratas habentes in ea forma uti praemittitur auctoritate nostra ordinaria acceptamus admittimus et dei nomine confirmamus per praesentes et nihilominus de nostris omnibus et singulis vere poenitentibus confessis et contritis qui se iuxta praemissa exhibuerint tociens quociens quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentiis in domino misericorditer relaxamus praesentibus perpetuis et futuris temporibus duraturis. Datum et actum Misnae anno domini mill. quadringent. nonagesimo tertio die vero octava mensis Augusti curiae nostrae officialatus appenso sub sigillo.

Nach dem Chartul. monast. s. Afrae II. fol. 101.

No. 311. 312. 1493. 31. Juli.

*B. Johann VI. gestattet auf Ansuchen des Probsts zu St. Afra und des Raths und der Stadtgemeinde zu Meissen, dass in der dasigen Pfarrkirche, wo schon seit langer Zeit an den Donnerstagen die Monstranz mit dem heil. Leichnam feierlich nach dem Altar getragen werde, diess künftig in feierlicher Procession geschehe* — concedimus, quod singulis quintis feriis vespero tempore per plebanum vel alium regularem vel secularem illud vivificum Christi corpus et in memoriam dominicae passionis cum omnibus ceremonialibus sollemnitate adhibitis canticis solitis et consuetis et mechanicorum aliorumque piorum hominum candelis ac luminibus monstrantia sub velamine tamen et haud aliter processionaliter ferri immo et portari atque in altari, ubi missa de corpore Christi dicenda venit, locari valeat omni impedimento semoto 2c. *und ertheilt für ewige Zeiten allen gläubigen Theilnehmern an der Procession cantare scientibus atque can-*